Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

50.

tam permansit ad tempus in asia.
Factum est in illo tempore turbatio non minima de via domini.
Demetrius enim quidam nomine argentarius faciens
edes argenteas diane. prestabat artificibus non
modicum questum. Quos convocans. et eos qui
eiusmodi erant opifices. dixit. Viri scitis ~~quia de hoc~~
quia de hoc artificio adquisitio est nobis. et videtis et
auditis quia non solum ephesi sed et pene totius asie par
tibus paulus hic suadens avertit gentem multam dicens. quoniam non
sunt dii qui manibus fiunt. Non solum autem hec periclitabitur
civitas nobisque pars in redargutionem veniet. sed et
magne dee diane maiestas incipiet destrui. quam tota
asia et orbis colit. His auditis repleti sunt ira. et excla
maverunt voce magna dicentes. Magna diana ephesio
rum. et impleta est civitas confusione. et impetum fecerunt
unanimiter in theatrum rapto gaio et aristarco macedonibus
comitibus pauli. Paulo autem volente intrare in populum non per
miserunt discipuli. Quidam autem et de asie principibus qui erant
amici eius miserunt ad eum rogantes. ne se daret in theatrum.
Alii autem aliud clamabant. Erat enim ecclesia confusa. et plures
nesciebant qua ex causa convenissent. De turba autem de
traxerunt alexandrum. propellentibus eum iudeis. Denique
manu silentio postulato. volebat ratio[…]nem red
dere populo. Quem ut cognoverunt iudeum […] esse. vox
facta est una omnium. quasi per duas hora[…] claman
tium. Magna diana ephesiorum. Et […] cum sedas
set scriba turbas. dixit. Viri ephesii […] quis enim est ho
minum qui nesciat ephesiorum civitatem ~~cultricem~~ esse magne
diane. iovisque prolis. Cum ergo his contradici non possit. oportet
vos sedatos esse. et nichil temere agere. Adduxistis enim